



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.  
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm  
Crvcifixvm**

**Sandaeus, Maximilianus**

**Coloniae, 1648**

Praxis.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55065)



# ROSARIUM.

## QUINQUE CHRISTI VULNERVM CAVENTORVM.

**P**one *Ma* ut signaculum *Cortis* tui, ut signaculum  
super Brachium tuum, Cantic. viii.

1. Complectitur Quinque orbiculorum series  
Quinque. In quaque serie recitatur Quinies Pater  
N. ad honorem Vulneris vniuscuiusque.

2. Continet Quinque numismata. Quinque  
Vulnerum expressiva. Ad singula legitur vnum *A-*  
*ve MARIA*, ad honorem Matris Filio condolentis.

3. Habet tres globulos ad honorem Clamorū  
Ad singulos petitur gratia à Matre Filio compa-  
riendi, per verba infra scripta: *Eia Mater.*

*CRUX* addita, ut initio & in fine se signet signo  
*S. CRUCIS.*

---

### P R A X I S.

1. Post signum *CRUCIS* incipis recitare Quinies  
*Pater N.* ad *Vulnus Sinistri Pedis*, petens contrito  
corde, remissionem omnium peccatorum. Sequi-  
tur *Ave M.* condolendo *Matri.*

2. Ad dexterum Pedem per Quinies *Pater N.*  
postulatur cum emendationis proposito, robur  
contra quaslibet tentationes. Vnum *Ave M.*

Ad

## QUINQUE VULNERVM.

3. Ad Sinistram Manum per Quinies Pater N. rogas salutarem Dei timorem, & ab Inferis liberationem. *Aue M.*

4. Ad dexteram Manum per Quinies Pater N. precaris Regnum cœlorum magna fiducia. *Aue M.*

5. Ad Vulnus Cordis per Quinies Pater N. oras habitare in Coide CRUCIFIXI, & cordatum IESU & MARIÆ amorem. *Aue M.*

6. Ad honorem trium Clauorum ter dicis

*Eia Mater istud agas,*

*Crucifixi fige plagas.*

*Cordi meo valide.*

7. Finis. Signando te Cruce, quam oscularis. Obserua. Qui sic distinctum Rosarium non habet, potest in suo ordinario similem formare pietatem.

---

## NVMISMATA

### ROSARIA,

1. Exprimit vno ex latere Pedem sinistrum, ex altero Malleum & Forcipes decussatas quibus solent extrahi Clauis.

2. Exhibet Pedem dextrum: & ex altero latere vnum Clauum.

3. Ostendit hinc Manum sinistram, inde Malleum & Forcipes decussatas,

5. Fere